lateri eius adsistere cum sederit iudicaturus. coheredem xpi fieri.
angelis adaequari cum patriarchis cum apostolis cum prophe
tis caelestis regni possessione laetari has cogitationes quae per
secutio potest uincere quae possunt tormenta superare durat
fortis & stabilis religiosis meditationibus fundata mens & aduersus
omnes diaboli terrores & minas mundi animus inmobilis stat quem futu
rorum fides certa & solida corroborat cluduntur in persecutionibus
terrae sed patet caelum minatur antixps sed xps tuetur. mors in
fertur sed inmortalitas sequitur. occisus mundo eripitur sed restituto
paradisus exhibetur. uita temporalis extinguitur. sed aeterna repara
tur quanta est dignitas & quanta securitas exire inter pressuras
& angustias gloriosum cludere in momento oculos quibus homines ui
debantur & mundus & aperire eosdem statim ut deus uideatur & xps
tam feliciter migrandi quanta uelocitas terris repente subtraheris
ut in regnis caelestibus reponaris Haec oportet mente & cogita
tione conplecti haec die & nocte meditari si talem persecutio inue
nerit di militem uinci non poterit uirtus ad proelium prompta uel
si ad cersitio ante preuenerit sine praemio non erit fides quae erat
ad martyrium praeparata sine damno temporis merces iudice dō red
ditur in persecutione militia in pace conscientia coronatur.

AD FORTUNATUM. EXPLICIT

## INCIPIT AD QUIRINUM LIBER PRIMUS

Cyprianus quirino filio salutem Obtemperandum fuit fili kme
desiderio tuo spiritali inpensissima petitione diuina magisteria
poscenti quibus nos dns per scripturas scās erudire & instruere digna
tus est ut a tenebris erroris abducti & luce eius pura & candida lu
minati uiam uitae per salutaria sacramenta teneamus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc105/0189